

- 104 Forma à Concilio tradita si omittatur in provisione Parochialis vocantis in mensibus reservatis, tale beneficium potest impetrari, & concedi solet breve rigorosum de capienda possessione Camere.
- 105 In provisione Parochialis juris patronatus laicorum concursus non requiritur, & qua forma inducta. Concil. Trid. sess. 24. de reform. c. 18. in illis verbis (quod jus patronatus laicorum, &c.) explanatur circa formam servandam in provisione Parochialis juris patronatus laicorum, ibid.
- 106 Concursus ad Parochialem juris patronatus laici in quibus casibus requiritur: remissive.
- 107 Concursus an sit necessarius in beneficio juris patronatus mixti Ecclesiastici & laici, affirmativè resolvitur.
- 108 Concursus est necessarius in Parochiali juris patronatus mixti pro una tantum parte, pertinentis ad clericos, & pro duobus ad laicos.
- 109 Concursus peracto in Parochiali juris patronatus mixti Ecclesiastici & laicalis, ex approbatione patroni presentant ordinario restituendum.
- 110 Qualitas attenditur que Ecclesie prodest, & est magis favorabilis, cum ex concursu major utilitas sequitur Ecclesie.
- 111 Jus Patronatus Ecclesiasticum ut dignius, trahit ad se seculare, ut minus dignum, & pars Clerici trahit ad se partem laici.
- 112 In jure patronatus mixto ubi non concurrunt Ecclesie favor, sed patroni duntaxat, tunc qualitas laicalis praevalet Ecclesiasticae.
- Laicus propter societatem clericum non debet damnum pati, nec suum perdere privilegium, ibid.
- 113 Societatem in re individua alteri non praesudicare, aequum est.
- 114 & 117 Jus patronatus mixtum non cadit sub generalibus reservationibus.
- 115 Juri patronatus quando derogetur, remissive.
- 116 Concursus est necessarius in provisione dignitatis unitae Parochialis aequè principaliter.
- Ex unione facta aequè principaliter nihil alteratur, sed quodlibet beneficium manet ut antea, & qualibet Ecclesie in suo statu, honore & privilegiis, propriisque redditus agnoscit, sed utriusque unus est Rector, ibid.
- 117 Unus duo Ecclesie aequè principaliter si sint in diversis diocesis, vel collatio duobus pertinet, aut earum provisione utriusque Episcopi aut collatoris requiritur consensus.
- 118 Unio si est facta accessorie, ejus tantum Episcopi requiritur consensus, in cuius diocesi extat principale beneficium.
- 119 Qualitas & natura beneficii uniti accessorie non attenditur, sed principalis.
- 120 Unitum alteri accessorie, principalis naturam, consuetudines & privilegia assumit.
- 121 Unitum accessorie perdit propriam prerogativam, proprium nomen, ac titulus extinguitur, & de cetero denominatur à principali.
- 122 De effectibus resultantibus ex unione accessorie aut aequè principali facta, qui videndi remissive.
- 123 Concursus in parochiali juris patronatus laici non requiritur, quando unus tantum presentatur à patrono, secus autem quando plures à patrono presentantur, quia inter ipsos & non alios necessarius est concursus & ex approbatione unus elegit ordinarius.
- 124 Quod procedit, quando singuli presentati à patronis laicis habent aequalem seu aequales voces, quia tunc inter ipsos habebit locum concursus, secus si aliquis haberet plures, aut majores voces, & majorem partem patronorum, quia is duntaxat erit examinandus. Quod fallit ut infra sub n. 128.
- 125 Major pars praedominans attenditur.
- 126 Denominatio semper fit à potentiori.
- 127 Reservatio licet non intret in patronatu mixto, procedit in mixtura aequali, secus si pars clericorum habet

- plures voces, quam laicorum, quia alteratur beneficii natura. Vide n. 114.
- 128 Presentati plures clerici à patronis laicis, majorem partem habens, solus est examinandus ad parochialem, nec appellationi interposita à minore parte habente deferendum est, quod limita ut ibi.
- 129 Appellationi interposita à provisione beneficii cuiuslibet facta spreto & contempto jure patronatus, an sit deferendum, & vim fieri declarandum.
- 130 Appellationi à provisione beneficii nulla cum executione non mereatur, erit deferendum.
- 131 Collatio facta ab ordinario spreto & contempto patrono, & jure patronatus inter tempus datum ad presentandum, est nulla ipso jure.
- Text. in c. decernimus 16. q. 7. & text. in cap. cum Barthold. interpretantur, ibid.
- 132 Verba presentis temporis inducunt nullitatem ipso jure.
- 133 Collatio facta per ordinarium de beneficio juris patronatus tunc erit nulla, si patronus reclamet contra illam intra terminum sibi competentem ad presentandum, non alias.
- 134 Ratio vera redditur, quare collatio ab ordinario facta spreto patrono non sit nulla, non reclamante patrono intra terminum.
- 135 Annulatus actus in favorem alicujus subintelligitur illa conditio, si voluerit ille, in cuius favorem actus annullatur.
- 136 Emphyteuta ob non solutionem tunc cadit in commissum domino volente, & declarante.
- 137 Contradictio contra collationem facta, spreto patrono inducitur non solum tacite presentante patrono intra tempus, sed etiam expresse, & etiam per appellationem interpositam à collatione.
- 138 Actus gesti inconsulto patrono qui revalidentur subsecuto, & superveniente patroni consensu, remissive.
- 139 Appellatio in Parochiali per presentatum asserentem se majorem partem patronorum, & vocum habere, interposita ab ordinario instituitur alterum presentatum, quem minorem partem vocum habere contendit appellans, an ut legitima suspendat.
- 140 Presentato à majori parte patronorum & vocum debet fieri institutio, & preferri habenti minorem partem.
- 141 Jus patronatus competens pluribus ut singulis, pluribus ut universis, quomodo consideratur respectu vocum pluralitatis, remissive.
- 142 Institutio facta contemptis patronis est irrita, & propterea appellatio ab ea etiam in Parochiali, ut licita suspendit.
- 143 Appellationem interpositam per presentatum (ut asserit) à majori parte ad Parochialem regulariter non suspendere executionem institutionis, ut verius defendit Author.
- 144 Institutio facta presentato à minori parte patronorum, non dicitur facta contempto jure patronatus, Text. in d. c. decernimus 16. q. 7. mirifice interpretatur, ut procedat quando ordinarius confert beneficium ut malè collativum, ibid. & n. seqq.
- 145 Ordinarius instituens ad presentationem patronorum quomodo fiat, jus patronatus agnoscit, & ideo institutio non est irrita, ex c. contempti juris patr.
- 146 Inter patronos vertente lite super jure presentandi presentatus à possessore sustinetur, etiam postmodum evicto patronatus à veris patronis, secus quando lis est inter patronos & Episcopum: & de ratione.
- 147 Ordinarius instituens presentati à patrono non dicitur contempsisse jus patronatus, & ideo institutio non est nulla ipso jure, sed erit injusta respectu veri patroni.
- 148 Sententia lata contra probantem fundum suum esse, & ad alterum spectare declarans, non dicitur nulla ipso jure, sed tantum injusta retractanda per viam appellationis, non nullitatis.

- 149 Sententia, qua declaratur aliquem non habere jus patronatus, licet probaverit habere, tamen non potest dici nulla, sed injusta regulariter.
- 150 Supremorum tribunalium auditoribus cognoscentibus per viam violentie non pertinet regulare voces patronorum, sed vim notoriam duntaxat tollere. Quod maxime procedit in his controversiis super jure patronatus inter comparatos, quibus vix datur notoria injustitia absque intricacione, & dubitatione in jure, aut in facto, ac ideo in Parochialibus vim non fieri decernitur: secus si notorietas injustitia notorie apparet absque aliqua dubitatione, ibid.
- 151 Bald. à Cardinal. Tusc. sequutus declaratur, & ad juris terminos reducitur.
- 152 Presentatus à majori parte patronorum instituendus est.
- 153 Ordinarius presentatum à majori parte patronorum si non instituat, facit injustitiam, non nullitatem.
- 154 Si ex sententia facta patronorum & vocum computatione clare patet mandari, instituendum presentatum à minori parte, appellatio erit licita quoad utrumque, etiam in Parochialibus. Exempla in comprobationem plura adducuntur, ibid. ubi latè de errore apparente in sententia.
- 155 Ordinarius potest etiam tanquam Sedis Apostolica delegatus apponere Vicarios perpetuos in beneficiis curatis, unitis dignationibus, vel quibusvis Ecclesiis, constante appellatione, juxta Concil. Trid. de reform. c. 7. sess. 7.
- 156 Concursus non est necessarius in provisione Vicariae perpetuae, sed solum ad nominationem, seu presentationem ejus, cujus dignitati aut Ecclesie unita est Parochialis, faciendae est institutio & provisio.
- 157 Vicariae perpetuae non sunt ad liberam electionem ordinarii, sed ad nominationem ejus, cujus Ecclesia aut dignitati Parochialis est unita previo examine coram ordinario erit faciendae provisio, ubi refertur constitutio Pii V.
- 158 Monachi quando ad hanc Vicariam perpetuam nominari possunt per Abbatem, cujus Monasterio unita est Parochialis.
- 159 Appellationi interjecta per superstitem colligantem à provisione, seu concursu facto per ordinarium cedente vel decedente colligante in possessione vel absque ea, si non deferatur, an vis fiat.
- 160 Ordinario non est prohibita provisio beneficii litigiosi cedente vel decedente colligante in perpetuum, sed duntaxat suspenditur ejus potestas, donec litis declaratur eventus.
- 161 Ordinarii potestas in provisione beneficii litigiosi suspensa est, quousque superstes evincatur, & executoriales effectus sortiantur, atque possessio advocata ab illo.
- 162 A provisione beneficii sive curati, sive simplicis facta per ordinarium cedente vel decedente colligante, tanquam nulla ipso jure appellationi interjecta non deferens vim faciet.
- 163 Provisio contra formam & dispositionem c. 2. ut lite pendente lib. 6. est de facto removendus à possessione.
- 164 Subrogatio gratiosa in locum, jus atque possessionem colligantis demortui, quomodo fiat, remissive.
- 165 Dispositio c. 2. ut lite pendente lib. 6. habet locum in beneficiis juris patronatus, ita ut super eodem jure pendente lite, patronatus presentare non potest.
- 166 Litigiosum non dicitur beneficium, nec lis super eo pendere, quando esset duntaxat mora super possessione, tunc enim sola possessio litigiosa est.
- 167 Litigiosum non dicitur beneficium, quando super eo ut unito tantum lis vertitur.
- 168 Litigiosum non dicitur beneficium, quando agitur super privatione beneficii, nisi agens de privatione sibi simul petat adjudicari.
- 169 Concursus cessat in beneficio litigioso cedente vel decedente colligante, cum nec ordinarius conferre, patronus presentare; elector eligere possit.
- 170 Concursus locum habet in parochiali litigioso, quando per Pontificem facta est subrogatio gratiosa alicui, quam superstiti.
- 171 Concursus factus in subrogatione gratiosa electo ut magis digno non est faciendae collatio, quousque lis finiatur & vincatur superstes, potest tamen admitti electus pro suo interesse in statu litis.
- 172 Presentatio debet fieri corporaliter coram ordinario, nec sufficit patronum mittere instrumentum presentationis duntaxat ordinario.
- 173 Presentatus prius quam instituitur debet examinari, ut sciatur an sit idoneus.
- 174 Presentatio non facta presentaliter & corporaliter presentati erit nulla & patrono currit tempus.
- 175 Presentatio de clerico absente erit nulla.
- 176 Formam annullativam non inducunt omnia contenta in Concil. Trident. sess. 24. de reform. c. 18. circa provisionem parochialium.
- 177 Exempla redduntur in deputatione Vicarii, seu economi & in edicto cum majori termino appposito, item quod eligatur magis dignus, quorum omisso non reddit provisionem nullam.
- 178 Beneficiorum simplicium provisio ex quibus nulla reddatur, ut appellationi ab eo omnino deferatur.
- 179 Edicta omnino & necessario precedere debent provisionem beneficii sive simplicis, sive curati, quod sit juris patronatus, alias erit nulla, aliud est in beneficiis merè collativis, ibid. & num. seqq.
- 180 Edicta debent continere terminum competentem & peremptivum.
- 181 Edictum non sufficit, sed debent specialiter & nominatim citari patroni, qui sunt certi & cogniti, alias provisio erit nulla.
- 182 Provisio beneficii merè collativi nullam requirit etià per edictum citationem regulariter.
- 183 Edictorum oppositio emissa in beneficio juris patronatus, licet vitietur, non tamen vitiat presentationem.
- 184 Concil. Trid. sess. 7. de reform. c. 13. quam formam induxerit in provisione beneficiorum simplicium.
- 185 Appellare non potest nominatus seu presentatus ad beneficium simplex, quominus examine subire teneatur.
- 186 Nominatus seu presentatus ab Universitatibus & Collegiis generalium studiorum non tenetur examine subire in beneficio simplici. Concil. Trid. d. c. 13. de reform. sess. 7. interpretatur, & ejus verba ponderantur, ut loquatur in presentatis ab Ecclesiasticis personis, ibid.
- 187 Ordo datus formam inducit.
- 188 Examen requiritur etiam in beneficiis simplicibus juris patronatus mixti.
- 189 Examine non excusatur etiam quilibet notorie dictus.
- 190 Praeposteratio ordinis inducit nullitatem & appellationem.
- 191 In provisionem canonicatum Doctoralis & Magistralis multa pro forma requiruntur, & qua.
- 192 Canonicus, qui non interfuit lectionibus oppositorum ad Doctoralem seu Magistralis an possit votare & electio an sit irrita.
- 193 Canonicus in provisione Doctoralis, &c. an possit per Procuratorem votare, & an procurator teneatur jurare sicut mandans, remissive.
- 194 A Capitulo peccante in forma electionis tam Doctoralis & Magistralis, quam ceterorum, appellationi emissa omnino erit deferendus, & de pluribus difficultatibus irritatibus electionis Doctorales, &c. & sursum.
- 195 De provisione beneficiorum tam simplicium quam curatorum plura annotantur remissive.
- 196 Provisio beneficii sive simplicis sive curati facta judicialiter, substantialia iudicium debent servari, alias



omisso causam prebet appellandi suspensivè, quamvis alias servata sit forma Trid.

197 Omnis dispositio loquens de actu, de valido intelligenda est.

198 Bulla Pii V. disponens sententiam transactam in rem judicatam mittendam executioni, nisi sit nulla ex defectu citationis, jurisdictionis, aut mandati; subintelligitur etiam de alia nullitate ex defectu substantialis actus iudicii, quantumvis limitatè loquatur de illis tribus nullitatibus.

199 Executio prædictæ sententiæ, ut impediatur sufficit, ut nullitas aliunde proveniat, etiam non sit expressa in Bulla Pii V.

200 Bulla prædicta licet disponat super aliqua forma, non tollit nullitatem provenientem ex forma non servata, alias à jure requisita.

201 Statutum disponens aliquam sententiam exequendam non obstante appellatione, nec alio statuto, nihilominus non censetur exclusa nullitas proveniens ex forma alterius statuti non servata.

202 Verisimile non est, ut uno statuto disponente super solemnitatibus alicujus actus, velit tollere solemnia alicujus statuti.

203 Concil. Trid. quomodo de forma provisioni Parochiali exequende appellatione non obstante, si judicialiter procedatur, intelligitur si non sit nulliter processum.

204 Privilegium quantumvis late ampliacionis non debet ita interpretari, ut contineat plures specialitates.

205 Facultas testandi concessa inhabili intelligitur servata forma in testamentis requisita.

206 Citationis omisso iudicium & sententiam reddit nullam.

207 Citatio nova est necessaria, quoties iudicis aut partis datur mutatio.

208 Citatio nova requiritur ad probationem faciendam, quando primus receptor, qui semel citavit, sit mutatus, & alius subrogetur ad probationes recipiendas.

209 Litigans si moriatur, nova citatio cum relatione status litis in successore est necessaria, alias corrumpit iudicium.

210 Licentiatu Don Garcia Lopez Salgado à Sotelo Auhoris charissimus Frater laudatur in cuiusdam facti contingentia.

211 Jurisdictionis tam delegata quam ordinariæ defectus insanabilis nullitas est, & ejus materia, remissivè.

212 Mandati & legitimacionis personarum defectus nullam reddit sententiam.

213 Ad nullitates reddentes iudicium nullum in temporalibus quam in beneficialibus qui videndi.

214 Sententia lata in tam brevi tempore, tanquam festinatione, ut verisimiliter processum inspicere non potuit, est nulla ipso jure.

215 Geminian. invenit in iudices qui precipitanter proferunt sententiam, ita ut possit presumi non adhibuisse causæ cognitionem.

216 Appellationi minus solemniter, aut alias nulliter proposita etiam ab actu & sceleria, alias sui natura appellabilis, deferendum non est, nec impedit executionem illius.

217 Appellatio ex quibus causis nulliter proposita dicitur, ut ejus delationi locus non sit, seriatim, obiter tamen recensentur.

218 Appellationi proposita aut proponenda renuntiata per partem tacitè vel expressè non est deferendum, & que tacita sit renuntiatio, ibid.

219 Terminus appellationis à quo tempore currat, & an de momento ad momentum.

220 Appellationis dies à principio sunt utiles, quoad progressum continui.

221 Ravificario appellationis debet fieri intra terminum ad appellandum.

222 Terminus ad appellandum currit à tempore scientiæ & notitiæ.

223 & 228 Scientia & notitia procuratoris cum quo lis

acta fuit ad appellandum, nocet domino, & illi extunc currit.

224 Ignorans semper dicitur esse intra terminum ad appellandum.

Intimatio sententiæ quomodo faciendæ est condemnato, ibid. remissivè.

225 Gesta intra decem dies ad appellandum à tempore sententiæ, licet sint nulla & attentata; tamen gesta post illos, & antea quam perveniat sententiæ tenor ad notitiam cõdemnati, non revocantur per viam attentati, quia non sunt nulla ipso jure, sed per viam justitiæ.

226 L. 1. C. si sapius in integ. rest. post. exornatur in illis verbis (appellare enim debuisti si sententiæ vobis displicebat.)

227 Terminum sibi assignatum, ad aliquid gerendum lobi permittens, censetur illi renuntiare, nec ulterius audiendus.

228 Appellari an & quando possit post decem dies, & de aliis substantialibus appellationis, remissivè.

229 Renunciatio appellationis quando expressè per transactionem fiat.

230 Renunciatio per pactum de non appellando valet, & non suspenditur sententiæ executio.

231 Renunciatio appellationis inducta per pactum de stando unica sententiæ valet.

232 Appellatio à sententiæ & actu nullo admittitur, & suos operatur effectus.

Appellandi necessitatem à sententiæ nulla tollit jus, non facultatem, ibid.

233 Nullitas non principaliter, sed per viam appellationis proposita appellationis naturam assumit, & causat attentata.

234 Appellationi à sententiæ notoriè nulla ex aliquo defectu lata etiam alias privilegiata & inappellabilis nisi deferat iudex vim faciat.

235 Appellationi informiter aut nulliter proposita à sententiæ sui natura appellabili deferendum non est.

236 Sententia lata contra vel pro defuncto valet, quando procurator invita fuisset per contestationem factus Dominus litis, vel quando Dominus satisfecit de iudicato solvendo dummodo sententiæ concipiatur in persona procuratoris.

237 Et quid si dominus sine herede decessit, etiam si Procurator sit in rem suam cessionarius, aut in causa possessoria.

238 Sententia contra mortuum valet, quando, iudex ignoravit mortem.

239 Mandatum factum à Prælo vel Rectore Ecclesiæ in his que spectant ad ipsam Ecclesiæ, finitur morte Prælati, aut Recloris etiam lite capta in vita illorum.

240 Instrumentum presentatum coram alio notario, quam coram quo acta & lis tractantur, non prodest, etiam si alter notarius sit ejusdem tribunalis & iudicii.

241 Acta gesta in una causa non probant in alia, etiam si utraq; tractetur coram eodè iudice, nisi eorū fiat reproductio, nec iudex potest supplere ex cap. notorietatis.

242 Solemnitates de jure & Rote stylo essentialiter requisitæ, si omitantur relevant, ubi de contrario stylo Hispania apparet.

243 Stylus & consuetudo respiciens ordinariæ iudicii debet attendi illius tribunalis, ubi lis tractatur.

244 Stylus iudicis à quo tenetur servare iudex appellationis.

245 Stylus Hispania, ut unica citatio sufficiat pro toto termino probatorio etiam prorogato sustinetur à Rota.

246 Stylus Hispania approbatur, quo terminus probatorius eodem tempore currat actori & reo.

247 Reus si instat ex aliqua causa, ut prius sibi non præfigatur dilatio ad probandas suas exceptiones, quovisque actor suam probet intentionem in iudicio, Ecclesiasticis obtinebit.

248 Rota stylus observat, ut examen testium sit nullū, si fiat

à Notario recusato, quia sola suspicio jurata illum removeret in totum.

249 Stylus Hispania, quo Notario recusato detur adiunctus re non integra ad examinandos testes, Rota Romana approbavit.

250 Stylus qui servandus in examinatione testium faciendus in Hispania super lite pendente in Rota & per ejus delegatum, seu receptorem, vel Rota attendendum esse, resolvitur, ubi quid quando ipse recusetur, an in totum removeatur.

251 Stylus Hispania contrarium stylo Rota pluries approbavit ipsa Rota.

252 Citatio ad sententiam est omnino necessaria, alias sententia est nulla ipso jure.

253 Stylus Hispania requirit citationem ad sententiam, sed conclusio in causa ejus vim obtinet, & hunc stylum pluries approbavit Rota.

254 Conclusio in causa semper supplet citationis ad sententiam defectum, intimata utrique parti post ejus discussionem.

255 Quod fallit si conclusio non est formaliter & solemniter facta.

256 Stylus Rota licet observet ut executoriales post intimationem in Rota reproducantur alias executio dicitur attentata, tamen contrarius Hispania stylus approbatus est.

CLAVIS est totius tractatus hujus capituli materia, ad quam passim confugiunt experti supremorum tribunalium advocati dum certant, deferendum esse appellationi interpositæ ab aliqua sententia sui natura privilegiata, & executionem merente, ejusque effectum dum impedire aut impugnare procurant, satagunt diligenter, inquirentes, cunctasque processus particulas rimantes, an fortè aliquis ex eo defectus queat detegi, qui nullam reddat sententiam, justificetque appellationem emissam.

Et non quidem immeritè, quoniam quando nullitas aut evidens iniquitas (quæ in hac materia æquiparantur, ut expressè probant Doctores omnes referendi) ex inspectione actorum, & processus apparere, dicitur notoriè, & evidenter, in promptuque constare, notant DD. in cap. inter ceteras de sentent. & de re iud. Curtius senior conf. 9. col. 6. Ancharan. consil. 211. Fel. in c. cum dilectis n. 14. de calumnia. Aret. conf. 7. Gozad. conf. 72. Abb. consil. 55. nu. 2. lib. 2. Ruin. conf. 88. lib. 1. & conf. 36. lib. 5. & conf. 62. & conf. 137. eod. lib. & conf. 196. Guido Papæ decif. 50. Ursil. ad Afflictum decif. 283. n. 1. plures refert Menoch. conf. 110. n. 7. lib. 2. Avend. respons. 26. num. 10. ad fin. Covarr. in pract. quest. 3. p. cap. 5. num. 3. Ottalora de nobilitate 3. p. c. 5. n. 3. Didaeus Perez in l. 2. l. Toleti. in respons. ad prima partis secundum fundamentum num. 35. Azeved. in l. 2. tit. 17. lib. 4. recop. n. 30. cum seqq. Gutier. in pract. quest. lib. 1. q. 96. n. 6. & seqq. plures citat Ozalvus decif. Pedemon. 142. num. 33. Cælar. Barz. decif. Bono. 55. n. 5. qui omnes unanimiter probant, lege, seu statuto excludentibus nullitatem omnem, non comprehendendi, nec intelligi nullitatem, seu iniquitatem notoriam, & manifestam, quæ tunc dicitur, quando ex inspectione processus apparere; & regnicolæ nostri disputant, an censetur exclusa hodie stante l. Regia 2. tit. 17. lib. 4. recop. statuente terminum 60. dierum quo nullitas adversus sententiam alleganda sit, quos per te vide.

Ac ideo quando nullitas apparere notoriè, puta, ex inspectione actorum, iusta est, & legitima ratio causaque appellandi, etiam à sententiis privilegiatis, & sui natura in appellationibus, vel aliis translatis rem judicatam, esseque in promptu tunc appellandi, rationem, dicant Doctores statim citandi. Et hujusmodi appellationi nisi iudex deferat, vim faciat manifestam, cum

suspendat sententiæ executionem, & habeat utrumque effectum suspensivum & devolutivum simul, scripserunt Bald. in c. pastoralis §. præterea num. 5. de off. deleg. Aufrelius in addition. ad decif. Tholosan. quest. ult. num. 3. idem Bald. conf. 367. col. 1. Capitius decif. 167. num. 3. gloss. 5. c. ex conquest. in verbo, post appellationem, de restitutione spol. Abb. in d. c. pastoralis col. penult. vers. 39. effectus appel. expressè in consil. 44. in presenti questione colum. 2. Decius conf. 45. præstantissima in 5. fundamento. Natta conf. 172. num. 4. lib. 1. Guillel. de Cunis in l. si ex causa §. nunc videndum ff. de minorib. Alex. post alios in conf. 2. num. 11. & 12. vol. 3. & idem in l. 4. §. condemnatum, ff. de re judic. colum. 2. Abb. conf. 55. col. 1. Roman. conf. 334. n. 1. & seq. Fel. in c. causam que nu. 6. de rescript. Ferret. conf. 308. n. 5. vers. nec obstat. Caputaquen. decif. 166. p. 2. Rota decif. 100. nu. 12. p. diversor. plures citat Marefcot. variar. resolution. lib. 1. c. 86. à numero 28. c. 87. num. 29. cum seqq.

Et quòd quando appellatio est in promptu; puta quia incontinenti justificatur appellatio; sit legitima, etiam in casibus privilegiatis, & aliis inappellabilibus, ex Guillel. de Cunis in l. si ex causa §. nunc videndum, ff. de minor. sequitur Bald. in l. consentaneum n. 23. vers. quæro numquid à tali missione, C. quomodo & quando iudex. Nicel. in concor. gloss. concord. 6. fall. 6. sub num. 16. in prima moderatione fol. 191. Aufre. ad Capel. Tholos. decif. ult. sub n. 2. Cælar. Contar. in l. unie. C. si de mom. lim. 12. n. 1. qui alios citat.

Et quòd idem, quod nullitas operetur, evidens iniquitas, & injustitia notoria, ut scilicet, sententiæ executionem impediatur, probant Bald. in d. l. unica col. 1. n. 5. vers. denique quæro. Abb. in conf. 55. in causa que lib. 2. Maranta in specul. p. 6. actu 2. princip. verbo, & quandoque appellatur, limit. 6. n. 3. 11. fol. 505. Vestrius in praxi lib. 7. c. 3. vers. aut ubi, sub num. 6. fol. 195. Lancelot. tract. de adipsi. sub num. 317. vers. præterea dato, tom. 3. p. 2. fol. 69. Joan. Baptist. Pontaneus tract. de spol. lib. 4. c. 3. nu. 50. vers. quocumque fol. 336. dicens, quòd respectu notoriæ iniquitatis, nunquam intelligitur appellatio prohibita, latè Contard. in d. unica lim. 9. nu. 2. Zuchard. in l. fin. 447. C. de edicto D. Adrian. tollen. Menoch. de adipsi. possess. rem 4. quest. 100. nu. 105. Aymon. Cravet. consil. 3. jud. x habens n. 18. vers. 11. facit, plures alios citat Marefcot. variar. resolution. d. lib. 1. cap. 86. num. 29. & cap. 87. n. 33. Hieronym. Gabriel. consil. 28. n. 7. lib. 2. Puteus dec. 401. Mohedanus decif. 2. de restib. & decif. 11. de re jud. Staphileus de lueris justitiæ 2. num. 10. vers. Hinc est, & num. 12. vers. quia aut pro parte, Ozalvus decif. Pedem. 25. sub n. 22. Menoch. de adipsi. rem 4. n. 854. & in terminis, ut nisi hujusmodi appellationi iudex non deferat, vim faciat, deferretque & reponere jubetur in tribunalibus: probat alios allegans charus mihi Gaspar. Rodriguez in suo tract. de annis & mens. reddit. lib. 1. cap. 17. num. 66. post medum: & hoc jure utimur, idque etiam sollicitationibus plusquam notum est, praxique incommutata, & quotidiana supremorum tribunalium, ad quæ confugitur per viam violentiæ & recursus, licet inadvertenter (ne dicam temerariè) aliud adversus eundem Rodriguez dixerit Sese in dec. 114. num. 6. & num. 14. cum seqq. 2. p. ut etiam ex dicendis apparebit, qui sententia nulla executionem non meretur, probat text. elegans in l. 4. §. condemnatum, ff. de re judicata, nec nomen sententiæ meretur: imò dispositio loquendo de aliquo actu, intelligitur de valido, non tamen nullo, ut notant Bart. III. & omnes per text. ibi in d. §. condemnatum, & quòd nullum est, effectum non sortitur, l. non dubium, ubi Doctores C. de legib. ultra Cardinal. Tuschum verb. dispositio omnis intelligitur de actu valido, concl. 504. per tot. & iterum tom. 6. concl. 87. latè Cephal. conf. 160. n. 11. & seqq. Rollan. à Valle consil. 14. num. 25. volum. 1. & conf. 49. nu. 29. vol. 4. idem conf. 72. num. 24.